



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 23. Summi Pontificis literæ ad Christianos Principes & Franciæ  
Episcopos pro recipienda ejus Bulla.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

Sæc. XVII.

A. C. 1653.

§. XXIII.

*Summi Pontificis literæ ad Christi  
nos Principes & Franciæ Epi-  
scopos pro recipienda  
ejus Bulla.*

**H**anc Bullam Pontifex die nona Junii  
Romæ pro more affigi jussit, eam  
que ad Cæsarem, Franciæ, Hispaniæ  
& Poloniæ Reges necnon ad Bavaram,  
Palatinum & Ecclesiasticos tres Electo-  
res, Principem Leopoldum Belgij Gu-  
bernatorem, Placentinum Episcopum  
supremum Hispaniæ Inquisitorem, &  
denique ad omnes Franciæ Episcopos  
transmisit. Præcipue vero ad Ludo-  
vicum XIV. Galliarum Regem eadem  
die sequentes dedit literas.

„Charissime in Christo Fili noster,  
„Salutem & Apostolicam Benedic-  
„tionem. Constitutionem, qua post lon-  
„gam accurati examinis indaginem, &  
„Spiritus Sancti lumen publice, ac pri-  
„vatim saepius imploratum, quid sen-  
„tiendum sit de quibusdam propositio-  
„nibus, declaravimus & definivimus,  
„Majestati tuæ cum his literis mitti-  
„mus. Ex ea sententiam Catholicæ  
„fidei in gravi hoc negotio a nobis au-  
„dies, nec dubitamus, quin eadem  
„futu-

„futura sit cum populis Christianis Sa- Sæc. XVII.  
 „lutaris, tum summopere grata pietati A. C. 1653.  
 „tuæ: cum præsertim & ipse per Ora-  
 „torem tuum pro sanctæ hujus Sedis  
 „super his decisione apud nos instite-  
 „ris. Majestati tuæ Benedictionem  
 „Apostolicam amantissime impertimus. „

Pariter ad cunctos Franciæ Episco-  
 pos unacum Bulla has transmisit lite-  
 ras: „Venerabiles Fratres; Salutem  
 „& Apostolicam Benedictionem. Recte  
 „atque ordine fecit Fraternitatum ve-  
 „strarum pietas, quæ cum in Ecclesiis  
 „istis propositionum, de quibus ad nos  
 „scripsistis, occasione, turbas ingentes  
 „excitari cerneret, ascendit ad locum  
 hunc sanctum, quem elegit Dominus  
 „ut Catholicam super his veritatem a  
 „nobis quæreret. „

„Nos igitur post longam accurati  
 „examinis indaginem, & preces lumi-  
 „num Patri Deo enixe porrectas, quid  
 sentiendum sit de propositionibus illis,  
 „declaravimus, ac definivimus hac  
 „Constitutione, quam cum his literis  
 „ad vos mittimus. Ex ea Sententiam  
 „orthodoxæ fidei gravi hoc in negotio  
 „a nobis audietis, nec dubitamus, quin  
 „futura sit cum populis Christianis Sa-  
 „lutaris, tum summopere grata insigni  
 „Zelo Fraternitatum vestrarum, qui-

E 5

bus

Sæc. XVII. „bus Benedictionem Apostolicam per.  
A. C. 1653. „manenter impertimur.“

## §. XXIV.

*Franciæ Episcoporum epistola ad Inno-  
nocentium X. Papam occasione  
Constitutionis contra quinque  
Jansenii propositiones.*

*Hist. des cinq. propos. lib. I. Argentre Collect. Jud. t. 3. p. 275.* Tam religioso silentio præfata Inno-  
centii X. Constitutio premebat, ut Jansenistarum Deputati illius noti-  
tiam non habuerint, priusquam die  
nona Junii illam publice affixam esse  
perciperent. Tum vero Roma excedere  
intenti, die decima tertia ejusdem Men-  
sis Papam accessere, ab eodem susci-  
tanti, utrum sua Constitutione doctri-  
nam SS. Augustini & Thomæ perstrin-  
gere intendisset? ad quæ tamen Pon-  
tis sex mox reposuit, „se per celeberrimi  
mos Theologos summo labore ac stu-  
dio discussis propositionibus hoc judi-  
cium pronuntiare coram Deo quidem  
fuisse obstrictum; adeo autem firmiter  
utriusque S. Doctoris doctrinam ab Ec-  
clesia esse approbatam, ut nullatenus  
eidem præjudicium inferri posset, se  
vero controversiam de gratia sub Cle-  
mente VIII. & Paulo V. per decem  
annos agitatam rursus examinari hoc-  
que